Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

VI. Vt qui oratorium pro quaestu suo in terra propria fecerit, non consecretur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

Visual Library

ANNO CHRISTI 572.

baſilicæ, & obſequium ipſius per * donationem chartulæ confirmatum accipiat. nam non leuis eſt iſta temeritas, ſi ſine luminariis, vel ſine * ſuſtentatione eorum qui ibidem ſeruituri ſunt, tamquam domus priuata, ita conſecretur eccleſia.

* ordinationem

* ſubſtantiali ſuſtentatione.

VI.

De conſecr. diſtinct. 1. Si quis baſilicam.

Placuit, vt ſi quis baſilicam, non pro deuotione fidei, ſed pro quæſtu cupiditatis ædificat, vt quidquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum clericis diuidat; eo quod baſilicam in terra ſua ipſe * condiderit: quod in aliquibus locis vſque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cetero obſeruari debet, vt nullus epiſcoporum tam abominabili voto conſentiat, vt baſilicam, quæ non pro ſanctorum patrocinio, ſed magis * tributaria conditione eſt condita, audeat conſecrare.

* quæſtus cauſa cōdiderit

* ſub tributaria

VII.

1. qu. 1. Placuit, vt vnuſquiſque. Decr. Iuon. p. 1. cap. 74. † An liceat ſponte oblatum recipere in adminiſtratione ſacramētorū, diximus Conc. II. c. 8.

Placeat, vt vnuſquiſque epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat, vt hi qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, † ſi quid voluntarie pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab eis; ſi vero per neceſſitatem paupertatis aliquid non habent quod offerant, nullum illis pignus violenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios ſuos a baptiſmo retrahunt. * Quod ſi forte dum differunt, ſine gratia baptiſmi de hac vita receſſerint; neceſſe eſt, vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum * expolia pertimeſcentes, a baptiſmi ſe gratia retraxerunt.

* Qui ſi forte dū differuntur.

* ſpolia

VIII.

2. qu. 5. Placuit, vt ſi

Placuit, vt ſi quis clericorum aliquem in accū-